



Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

29. Liber S. Dominici ter resilit ex igne.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

SYMBOLUM 28.

*Triduum exequiarum, quæ pro Doctore Sorbonico celebrantur,
sed erecto capite vociferatur, primo die se coram judicio Dei
accusatum; secundo, judicatum; tertio, condemnatum.*

Parisij Doctor, Marcellum nomine dicunt,
Funereas geminat dum sacer Ordo (a) preces.
Primo accusatum, ferali voce, secundo
Judicium Triadis se subiisse, die:
Post, magis horrendâ Damnatum voce boavit;
Peccator Triadem quam verearisi, habes.

(a) sepius repetendo Requiem &c.

SYMBOLUM 29.

*Liber S. Dominici ab hæreticis in ignem conjectus, ter ejus pre-
cibus ad Deum fusis, resilit.*

Cusa movet stygijs incudibus hæresis arma,
Dum gregis egregius Pastor ovile fovet.
Judice Vulcano fidei certamen initur,
Sorbentur subitis dogmata falsa rogis.
At Triadis venerata decus ter flamma recessit,
Ter salit ardenti liber ab igne Liber.

SYMBOLUM 30.

S. Dominicus ter quavis nocte ferre à se catenā flagellat.

Cur pater infantes diro lacerare lacertos
Ære Paras, artus exanimasque tuos?
Est Domini sectanda mihi cum Nomine vita,
Proquè reis-faciat passio nostra satis.

Ma.